

DISQUISITIONES EURIPIDEAE

AD RECENSIONEM POSTERIORIS ORDINIS FABULARUM PERTINENTES.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS
DIE I. M. AUGUSTI A. MDCCCXCVI
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS PUBLICE DEFENDET
SCRIPTOR

OTTO SCHULTZE
MARCHICUS.

ADVERSARII ERUNT

MAXIMILIANUS SCHMITT-HARTLIEB, SEMINARI PHILOLOGI SODALIS.
FRIDERICUS KROHN, PHILOSOPHIAE DOCTORANDUS.
GUILELMUS HELMKE, PHILOSOPHIAE DOCTORANDUS.

BEROLINI
MAYER ET MUELLER.

FACULTAS PHILOSOPHORUM AMPLISSIMA MIHI PERMISIT, UT PARTEM TANTUMMODO COMMENTATIONIS MEAE TYPIS IMPRIMENDAM CURAREM; QUAE RESTANT PROPEDIEM ALIO LOCO PUBLICI IURIS FACIAM.

*Seinem hochverehrten Lehrer
Herrn Geheimrat Vahlen
in dankbarer Verehrung
gewidmet.*

PARENTIBVS · OPTIMIS
PIETATIS · DOCVMENTVM
VTI · SIT
D · D · D
EDITOR

Sententiae controversae.

1. Aesch. Septem v. 1023 sq. ita restituerim:

καὶ γῇ καλύψω βυσσίνου πεπλώματος
κόλπῳ φέρουσα. μηδέ τῳ δόξῃ πάλιν·

codices verba καὶ γῇ (sic Halmius pro καὐτὴ) καλύψω et κόλπῳ φέρουσα inverso ordine exhibent.

2. Aesch. Coeph. v. 373 ab interpretibus fere corruptus putatus aut non recte explanatus sanissimus est, atque totus locus ita vertendus: Juppiter, Juppiter, qui ex inferis emittis ultionem sero vindicantem mortalium audaci et insidiosae manui, exigetur quamvis a parentibus.

3. Eur. Hel. v. 1117 sq. ita lego:

ὃς ἔδραμε ῥόθια πεδία βαρβάρῳ πλάτᾳ,
ὃς ἔμολεν ἔμολε μέλεα Πριαμίδαις ἄγων

locos mutare iussi verba πεδία βαρβάρῳ πλάτᾳ et μέλεα Πριαμίδαις ἄγων (β. π. et Π. ἄ. iam Wilamowitzius).

4. Eur. Elect. v. 96 sq. hunc sensum requiro:

ἵν' ἐμβάλοιμι δὴ
αὐτὴν ἐπ' αἶαν, μηδέ τις γνοίη σκοπῶν
ζητοῦντ' ἀδελφήν.

traditur: ἵν' ἐκβάλω ποδὶ (marg. ἵν ἐμβάλω)
ἄλλην ἐπ' αἶαν, εἴ μέ τις γνοίη σκοπῶν
ζητοῦν' ἀδελφήν.

5. In verbis Phaedrae in Hipp. 405 sq.

γυνή τε πρὸς τοῖσδ' οὖσ' ἐγίγνωσκον καλῶς,
μίσημα πᾶσιν.

offendendum non esse (sequenti sententiae μίσημα πᾶσιν annexuit Weilius) etiam probare videntur Jonis v. 397—400.

Ex decem fabulis Euripideis, quae duorum codicum auctoritate (Laurentiani 32,2 et Palatini inter Vaticanos 287) nituntur, sex (Cyclopem, Heraclidas, Jonem, Iphigeniam Tauricam et Aulidensem, Supplices) ad unum idemque exemplum redire Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff in Analectis Euripideis (Berolini 1875) demonstravit adiectis simul ipsarum fabularum collationibus accuratissimis. idem Bacchas in altero codice (Laurentiano) non integre servatam ex diversis libris depromtam esse luculentur docuit. tres quae restant fabulas (Helenam, Herculem, Electram) aetatem non tulisse nisi uno codice Laurentiano olim omnes credebant, cum oculi doctorum ad codicem convertebantur ad id tempus neglectum, Florentinum dico n. 72, quo et tres illae fabulae continentur et trias Byzantina (Hecuba, Orestes, Phoenissae). quem codicem postquam iam Rudolfus Prinzius summa vi contendit non esse suspensum a Laurentiano 32,2 (cf. Fleckeiseni annales XV, 525), idem fusius demonstratum ivit Carolus Schenkelius (in Ephemeride gymnasiorum Austriacorum a. 1874 et in Disputatione de aliquot locis Euripidis Herculis, Pragae 1874) evulgatis trium fabularum collationibus, ex quibus efficitur eas ad idem exemplum redire ac Laurentiano servatas. finem toti quaestioni imposuit Caroli Roberti sagacitas in Hermis vol. XIII docentis codicem Florentinum frustum esse Palatini iam antiquitus ex eo evulsum. ita quod ipsa collatio iam suadere videbatur, etiam argumentis extrinsecus allatis probabatur: codex Florentinus cum pars esset Palatini, ut sex quas supra diximus fabulae ex uno exemplo derivatae essent, ita etiam idem cadere in ceteras tres, quae olim uno codice tradi putabantur. hanc sententiam certissimam iudico, et quae nullis

adhuc labefacta sit argumentis. nam quod Vitellius scribit (in editione Helenae Herwerdeniana a. 1895. publici iuris facta pag. VII) credere se et Palatinum et Florentinam partem eius ad exemplum redire ex Laurentiano descriptum, id eo magis negligere possum, quod vir doctus nullis adhuc confirmavit exemplis. nihilo minus in opera mea aliquot significabo locos, qui hanc sententiam apertissime refutare videantur.

Duplices lectiones, quas codex aliquis exhibet, diversum in modum ortae esse possunt: primum ita, ut scriba confectum modo libellum cum exemplo conferens errores negligentia commissos correxerit aliaque antea omissa retulerit; deinde ita, ut quis, sive ipse scriba sive alius omni exempli fide destitutus suo Marte verborum contextum emendare vel interpolare studuerit. hoc genus emendationum, cui nihil discriminis tribuendum esse apparet, hic non curo: res mihi erit cum illo. errores isti postea a scriba correcti pro natura rei plerumque non pertinebunt nisi ad leviuscula, ut sunt vocales Byzantinorum modo confusae, litterae omissae, hiatus neglecti, alia, cumque duo nobis praesto sint codices, quorum alter ex altero suspensus non est, sine difficultate agnoscentur eo, quod necessario diversi sunt in utroque, quoniam alter scriba aliter labi solet ac alter. pretium igitur ne harum quidem emendationum, quamquam multo maius erit coniectura inventis, quae est plerumque facilitas emendandi, nimis magni faciendum est. longe aliud erit judicium de iis, quae a priore manu, sive quod inter lineas sive in margine exempli scripta erant, omissa a posteriore denuo collato exemplo enotata sunt. possunt quidem etiam hae duplices lectiones, quippe quae nullum aliud originis indicium prae se ferant nisi id, quod ex archetypo depromtae sunt, coniecturae deberi, quoniam, ut nostri codices, etiam archetypum variis interpolationibus foedatum fuisse probabile est. sed etiam fieri potest, ut iam in archetypo adscriptae fuerint adhibito exemplo, sive ad errorem aliquem emendandum, sive ad duplicem lectionem vestustiorem in posterum propagandam. id si factum est, summi nobis erunt momenti ad constituendam poëtae orationem minimeque negligendae.

Hanc quaestionem tractandam nobis proposuimus ita, ut in singulis fabulis duplices lectiones iam ex archetypo depromtas ad certa genera revocatas examinemus quodque eius fieri potest, diiudicare studeamus quaenam iis ad recensionem fides tribuenda sit, utrum ex coniectura ortae sint necne.

Vocabimus autem codices duos nobis servatos Palatinum partemque eius Florentinam P, Laurentianum C. alteram eorum manum P^2 et C^2; archetypum deperditum nobis cum Wilamowitzio audiet Φ. emendationes eius vel coniecturas, quae potissimum duplicium lectionum notione nobis continentur, cum a qua manu profectae sint, discerni non iam queat, ad unam omnes appellamus φ. nostri duo codices in afferendis duplicibus lectionibus eam fere sequuntur rationem, ut utramque lectionem codicis Φ exhibeat C, P alteram utram tantum eamque posteriorem; quamquam nonnulli etiam deprehenduntur loci, ubi contraria obtinet ratio; non pauci praeterea sunt, ubi et P et C praeter primariam lectionem φ praebent, quem in manibus consensum vocamus. duplicis lectionis instar habere dubitabimus eos locos, ubi unam tantummodo lectionem uterque codex habet, quamis diversa sit; nam etiamsi fieri potest, ut priorem codicis Φ lectionem secutus sit alter codex, alter posteriorem, tamen ea relinquenda est facultas, ut in Φ una tantum fuerit lectio, nostrorum autem codicum varietas errori alterius utrius assignanda sit. aliter iudicare non licebit nisi tum, cum lectionum diversitas talis est, ut vitium subesse probabile non sit. consulto omittimus omnes eos locos, quibus φ crases elisionesque a Φ fere neglectas intulit: sufficit monuisse eos per omnes fabulas inveniri atque etiam in iis valere eam quam supra diximus legem, ut C′ priorem sequutus sit manum, posteriorem C^2 P.

1. Iphigenia Aulidensis.

Accedimus primum ad perlustrandam Iphigeniam Aulidensem, quae fabula reliquis non modo multitudine duplicium lectionum antecedit, sed etiam cetera multum differt a plerisque aliis. consensus enim ille in manibus, qui si hic illic invenitur

nihil miri habet, in hac fabula tantus est, ut numerus talium duplicium lectionum ceteras etiam superet.

1. Initium capiemus a locis aliquot pusillis illis quidem, sed tamen ita affectis, ut certi aliquid de origine eorum statui posse videatur:

224. καμπαῖς C. καμπαῖσι C^2P.
239. χρυσέαισι P. χρυσέαις P^2C.
241. πρύμναισι PC. πρύμναις P^2C^2.
255. σημείοισιν PC. σημείοις P^2C^2.
1069. ἀσπισταῖς C. ἀσπισταῖσι C^2P.
1317. ἀνοσίοις C. ἀνοσίοισιν PC^2.

Has emendationes alterius manus φ ad unam omnes ex coniectura profectas esse, non ex exemplo denuo collato pro certo contendimus. satis dilucida hoc demonstrabunt indicia. primum enim loci, quos attulimus, docent in Φ terminationes passim fuisse confusas ita, ut numerorum incuriosus codex modo — αις exhiberet modo — αισι (ν) (cf. 224. καμπαῖς falso, itemque 239. χρυσέαισι etc.). corrector φ hanc confusionem tollere conatus est, cum, prout numeri postulabant, modo -αισι modo-αις reponeret. sed nonnunquam erravit, cum emendaret, ubi emendatione opus non erat; atque inde eum coniectura usum esse, non exemplo, facile agnoscere nobis licet:

cf. 255. σημείοισιν recte Φ, σημείοις φ.

1069. ἀσπισταῖς recte Φ, ἀσπισταῖσι φ. hic maxime locus vera quae diximus esse docet; legebat enim in stropha v. 1046 corrector ἐν ὄρεσι, quibus cum non quadraret scriptura ἀσπισταῖς, correxit in ἀσπισταῖσι, nimirum non intelligens stropham corruptam esse scribendumque cum Hermanno pro ἐν ὄρεσι ἀν' ὄρος.

v. 1317. simili causa ἀνοσίοισιν profectum est pro eo, quod traditum erat ἀνοσίοις; volebat enim φ, ut recte annotavit Wilamowitzius, senarium efficere.

Haec si recte statuerimus, non dubitabimus idem iudicium transferre in hos locos non ita multum diversos:

47. πέμπεν CP^2. πέμπε P.
524. εἶδε PC. εἶδεν P^2C^2.
534. τείχεσι PC. τείχεσιν P^2C^2.

1389. τολμήσουσ' PC. τολμήσουσιν P²C².
et 819. Νηρήιδος PC. Νηρῆδος P²C², quod non prorsus compar, sed cognatum est prioribus.

Primus quidem locus ex Φ certo repeti nequit; potest enim P¹ errasse, P² autem errorem emendasse. si secus est, cum πέμπει a Porsono repositum verum sit, scribae literam ι pro ν acceperunt idque neglegentia omiserunt; φ necessarium esse intelligens ν rursus intulit. haec sententia confirmari videtur etiam v. 1389. nam cum vocales in Φ primitus, ut supra diximus, elisae non fuerint, apparet eum habuisse τολμήσουσι omisso ν ephelcystico; aliter enim fieri non poterat, ut primae manus nostrorum codicum vitium inferentes reponerent τολμήσουσ' omisso ι ante sequentem vocalem. corrector autem φ probe perspiciens non elisione locum egere, sed addito ν recte scripsit τολμήσουσιν, quod fideliter referunt P et C ab altera manu. extremus locus 819, ut etiam alii, docet ι litteram in Φ non subscriptam fuisse, sed adscriptam; nimirum idem factum erat in exemplo, ex quo descriptus est Φ. potest igitur Νηρῆδος, quamquam verum est, non esse nisi coniectura.

Tenemus igitur in talibus rebus codicem Φ negligentissime scriptum fuisse, atque φ fere suo arbitrio certam rationem restituere conatum esse non sine erroribus. idem perspicietur ex nonnullis locis ad orthographiam pertinentibus:

128. Ἀχιλλεύς PC. erasum est alterum λ utrobique; non autem certum est, num id repetendum sit a φ, quamquam eo, quod uterque codex habet, veri simile fit; ita si est, fortasse puncto φ alterum λ notaverat.

553. ἀπεννέπω PC. ν alterum del. P²C².
1068. λογχήρεσσι PC. λογχήρεσι P²C².

1114. φυσήματα C. φυσσήματα PC². hoc loco geminatio falso illata videtur, cum deesse deberet; nisi forte C rem invertit.
1589. ἐραίνετ' PC. ἐρραίνετ' P²C².

2. Verum enim vero etiam cetera codex Φ vehementer temeratus erat, ita ut non modo singulae litterae vel syllabae, sed etiam integra verba intercidissent. φ haec vitia omnia emendare studuit, sed ita plerumque, ut iam ex ipso genere emen-

dationis intelligamus nihil fidei ei assignandum esse nobisque licere meliora coniectare:

334. νοῦς δ' οὐ PC. νοῦς δέ γ' οὐ P^2C^2. hanc coniecturam esse eamque non optimam apparet; Henseus coniecit: νοῦς δ' ὁ μὴ (βέβαιος), possunt autem etiam alia proponi.

335. σ' ἐλέγξαι PC. σ' ἐξελέγξαι P^2C^2. aliter emendavit Kirchhoffius proponens ἐγώ σ' ἐλέγξαι.

356. τίνα πόρον PC. δὲ ins. P^2C^2. Kirchhoffius vitium in sequenti εὕρω latere coniciens voluit: τίνα πόρον τέμω πόθεν; Nauckius: τίν' ἀπορῶν εὕρω πόρον.

508. ταραχή γ' ἀδελφῶν διὰ ἔρωτα γίνεται C. γε δι' ἔρωτα C^2P. etiam haec emendatio non optima est; voculam γε ad lacunam explendam iam v. 334 invenimus atque etiam saepius inveniemus. verum agnovit Dobraeus inserendo τ': διά τ' ἔρωτα.

513. ἀναγκάσει τὴν PC. σε ins. P^2C^2. haec emendatio vera est; σε post-σει facile intercidere poterat, sed non minus facile inveniri coniectura.

515. ἄργος PC. γ' add. P^2C^2. haec correctio non digna est, cui fidem habeamus. Kirchhoffius melius coniecit: ἤν νιν Ἄργος ἐξαποστείλῃς πάλιν.

637. ὄμμα σὸν PC. δὴ ins. P^2C^2; hoc fortasse verum est; certe alia emendatio mihi non est in promtu.

665. θύγατερ ἥκεις PC. σύ θ' ins. P^2C^2. ineptam esse hanc coniecturam apparet. liceat mihi proferre quod magister meus Adolphus Kirchhoff in seminario proposuit, quod simplicitate et probabilitate maxime commendatur: θύγατερ ἄρ' ἥκεις.

748. ἐξ. στορήσων PC. ἐξιστορήσων P^2C^2.

867. δῆτα ὅστις C = δῆθ' ὅστις P. δῆτά γ' ὅστις C^2P^2. lectionem Φ exhibet C; P de suo hiatum removit, ut v. 1389 (pag. 5) et P et C; sed non interciderat γ', quod φ coniecit, sed μ', ut Porsonus vidit: δῆτά μ' ὅστις.

869. με ταῖς σαῖς P. μ' ἐν ταῖς σαῖς C in rasura. habuit igitur idem ante ac P atque reddit lectionem φ, P autem Φ. vitium facile explicatur ex omissione litterae ν, ut ex μ' ἐν με evaderet, quod rursus correxit φ.

1024. ὦ σώφρον' P et C ante ras.; ὡς σώφρον' C^2 recte; prius σ ante σ perierat.

1064. ὁ φοῖβα μοῦσαν PC. ὁ φοῖβος ὁ μοῦσάν τ' P^2C^2. prorsus ineptus hic est conatus interstitia explendi; verum invenit Hermannus: ὁ φοιβάδα μοῦσαν.

1099. ἀπόντ' ἐκλελοιπότα PC. ἀπόντα κἀκλελοιπότα P^2C^2. scriptum igitur erat in Φ ἀπόντα ἐκλελοιπόντα omisso καί, quod post -τα facile intercidere poterat; φ vitium sustulit.

1132. τλῆμον' ἔλεξας C. τλῆμονά γ' ἔλεξας PC^2. ut in priore loco, habuit Φ τλήμονα ἔλεξας, inter quae verba aliquid deest; γ' inseruit φ, μ' pari iure proposuit Wilamowitzius.

1146. ἀνακαλύψω P. ἀνακαλύψω γάρ CP^2. ἀνακαλύψομεν reposuit Kirchhoffius. interciderat igitur exitus -μεν; quam φ periclitatus est coniecturam, ea iam ideo displicet, quod laedit praeceptum quod vocant Porsonianum. ceterum hic locus afferri potest ad demonstrandum P a C suspensum non esse. nam P' non errasse, sed lectionem Φ secutum esse vel inde intelligitur, quod illud γάρ satis aperta interpolationis indicia prae se fert.

1302. Ἑρμᾶς PC. θ' add. C^2. hoc verum est, neque vero difficile erat ad reperiendum.

λείπει
1369. τῶν ἐμῶν μάτην γὰρ εἰσορῶ PC. τῶν ἐμῶν λόγων μάτην γάρ σ' εἰσορῶ C^2. idem P^2, sed leviter errans, cum scribit γὰρ εἰς σ' ὁρῶ; in Φ igitur duo verba deerant, quae φ coniectura supplevit.

1382. ἥν PC. ἥντιν' P^2C^2; meram coniecturam esse apparet; totus locus vehementer corruptus est.

1391. τοῦ ἄρ' PC. τοῦτο γ' ἄρ' P^2C^2. recte quidem suppletum est τοῦ in τοῦτο, sed γ' aperte falsum est. Nauckius ita scripsit: τί τὸ δίκαιον τοῦτ'; ἔχοιμεν ἄρ' ἂν ἀντειπεῖν ἔπος;

λείπει
1416. λέγω τάδ' PC. οὐδὲν εὐλαβουμένη add. P^2C^2. huic additamento ut pessimo merito fidem abrogaverunt editores; videmus autem ex hoc potissimum versu, quantopere et corruptus et interpolatus fuerit Φ.

Inter omnes hos quos protulimus locos nullum esse, qui non ex coniectura profectus esse possit, nemo negabit; nunc agmen claudere iussimus locum, de quo anceps esse potest iudicium:

109. κατ 'εὐφρόνης. κίαν P. σ in litura addidit manus recens (p.), κατ' εὐφρόνην C, ν ex σ facto. ut C docet, exitus huius versus mutilatus erat in Φ, φ autem eum supplevit, cum adderet σκιάν. quaeritur, num id factum sit coniectura, ut v. 1416, an ex exemplo. ac diffitendum quidem non est vocem σκιάν, si quicquam, accommodatum videri toti loco (cf. v. 34 fabulae). tamen si quis superiores locos comtemplatus erit, fortasse pronior erit in eam sententiam, ut huic lectioni φ nihil fidei tribuendum esse contendat; nam felici coniectura eam inveniri potuisse praefracte negari non debet. quod C genetivum in accusativum emendatum habet, id factum est propter antecedentem praepositionem κατ', postquam interiit exitus versus; omissum autem in P σ repetendum videtur ex antecedenti εὐφρόνης. (de toto loco cf. etiam Wilamowitzium in Analectis pag. 44 sq.). etiam hic locus docet P ex C derivatum esse non posse.

3. Eis quos modo congessimus locis liber archetypus omissionibus foedatus erat. nunc ad locos aliquot convertimur, qui contrarium in modum labem ceperunt. saepenumero enim in Φ versus ita corrupti erant, ut verba vel syllabae in orationem| illata essent, quibus locus non erat. φ vitium subesse intellexit, sed emendatio, quam est periclitatus, non semper vera est:

308. οὐδέ γε φέρειν σε δεῖ PC. in ras. οὐδέ σε φέρειν δεῖ P^2C^2. versus turbatus est eo, quod interpretamentum δεῖ in orationem illatum erat; φ mendum ita sustulit, ut falso eiceret σε, γε autem in σε mutaret, scilicet non intelligens vitium latere in addito δεῖ.

317. ἔα τίς δήποτ' ἐν πύλαισι: θόρυβος ἐστὶ καὶ λόγων ἀκοσμία C τίς δῆτ' ἐν πύλαις θόρυβος καὶ λόγων ἀκοσμία C^2. ἔα τίς δῆτ' ἐν πύλαισιν θόρυβος καὶ λόγων ἀκοσμία P. C exhibet lectionem Φ, C^2 φ; recte igitur eiecit φ verbum ἐστί, quod insertum videtur, ut ex altera parte versus senarius evaderet; falso autem abiecit ἔα atque mutavit δήποτ' in δῆτ'. P suum ex utraque lectione consuit. ut etiam ex anecdotis Bekk. 369, 8 discimus, versus recte ita se habet:

ἔα
τίς ποτ' ἐν πύλαισι θόρυβος καὶ λόγων ἀκοσμία.

355. τὸ Πριάμου τε PC. το del. P^2C^2. recte deleri debebat τε, quod falso illatum est.

443. εἰς οἷά γ' PC. εἰς οἷ' P^2C^2. γ' insertum est ad relictum hiatum explendum; φ vitium correxit (cf. etiam 867 et 1132 pag. 6 et 7.)

895. ὃς τῶν κακῶν PC. τῶν del. P^2C^2. τῶν insertum est propter sequens τῶνδ'; etiam hic igitur recte φ emendavit.

563. εἰς τὰν ἀρετὰν PC. in ras. εἰς ἀρετὰν P^2C^2. hic locus non prorsus consimilis est ceteris; recte enim se habebat τὰν, quod delevit φ, atque vitium latet in stropha, ubi corruptum est quod traditur v. 547 μαινόμεν'. pro quo si reponimus, quod periclitatus est Nauckius μαινόλῶν, consensus restituitur. φ igitur similiter hoc loco erravit ac v. 1069 (pag. 4).

Syllabis falso illatis corrupti erant in Φ tres loci:

191. ἐθέλουσ' PC. θέλουσ' P^2C^2.

193. Τελαμῶνος ἔκγονον PC. in ras. Τελαμῶνός τε γόνον P^2C^2. error codicis Φ facile ita evadere potuit, ut littera τ antecedenti ς resorberetur (ς = ςτ), κ autem falso praesumeretur ex sequenti γ. emendationem contextus orationis aperte monstrabat.

599. τήνδε PC. τὴν P^2C^2. utraque verba saepius permutantur in libris MS.

4. Venimus nunc ad transpositiones. iustus ordo enim quattuor locis in Φ turbatus erat, in quibus φ verum restituit:

β α
39. πέδω πεύκην P. πεύκην πέδω C.

549. ὁ χρυσοκόμας ἔρως PC. ἔρως ὁ χρυσοκόμας P^2C^2.

571. ἐν δ' ἀνδράσιν PC. ἐν ἀνδράσι δ' P^2C^2.

653. μᾶλλον μ' εἰς οἶκτον ἄγεις PC. μᾶλλον εἰς οἶκτόν μ' ἄγεις P^2C^2.

Primum quidem locum etiam ita licet interpretari, ut C errasse dicamus erroremque statim emendasse. altero autem et tertio loco idem factum est, quod iam duobus aliis locis vidimus (1069 pag. 4 et 563 pag. 9): stropha vel antistropha non concinebat ideoque hic transpositione opus

esse correctur recte iudicabat; hoc coniectura eum facere potuisse nemo negabit, qui superiores duos locos contemplatus erit. menda ipsa facile ita expediuntur, ut usitatiorem ordinem a librariis substitutum esse dicamus pro eo, quem numeri exigebant. etiam in extremo loco metrum iustum ordinem docebat.

5. Transgredimur nunc ad eos locus, quibus terminationes vocabulorum ab altera manu mutatae sunt. pretium harum emendationem diversum est: nonnullae verae sunt, maior autem pars earum falsa est. tenebimus eum ordinem, ut primo loco afferamus veras, subiciamus falsas:

399. ἐγείναμεν PC. ἐγεινάμην P^2C^2.

888. δακρυ sine accentu PC. δακρύων P^2. δάκρυον C^2. verum habet C^2, P^2 erravit exitum compendio notatum confundens.

στέγω PC. στέγει P^2C^2.

931. ἄρει PC. ἄρῃ P^2C^2.

1138. τί μ' ἠδίκησ. CP. fuerat ἠδίκησε. τίν' ἠδίκησαι C^2P^2. haec emendatio coniecturam Hermanni confirmare videtur τίν' ἠδίκησα; atque si ei fides habenda est, dubitari potest inveneritne φ lectionem suam coniectura, praesertim cum non videatur intellexisse eam, qui scripserit ἠδίκησαι pro ἠδίκησα. sed fortasse alii in ἠδίκησα veri aliquid delitescere censebunt atque scribent τί δ' ἠδίκησαι vel τί μ' ἠδίπησας; alii ἠδίκησε defendent atque proponent τί σ' ἠδίκησε. mihi quidem maxime arridet Hermanni coniectura, atque digna mihi videtur lectio φ, quae respiciatur.

1401. τὸ δ' ἐλεύθερον PC. οἱ δ'ἐλεύθεροι P^2C^2. vitium facile explicatur ex antecedenti τὸ μὲν γὰρ δοῦλον. emendationem quin cóniectura nancisci potuerit φ, non dubito.

Falso correcti sunt hi loci:

τῆδε
156. τήνδε C. τήνδε P. referri voluit pronomen ad id quod proxime antecedit δέλτῳ; sententia autem ipsa clamat verius esse τήνδε relatum ad σφραγῖδα.

ε
430. πράσσεται C. πράσσεται P. etiam hic prius verum esse sententia aperte docet.

αι οι οι
502. τρόποι τοιαίδε C. τρόπαι τοιοίδε P. errore in Φ scriptum erat τρόποι τοιαίδε; inde φ dupliciter coniectavit optionem dans inter τρόποι τοιαίδε et τρόπαι (fortasse cogitabat de τροπαί) τοιαίδε. P rem confudit neque accurate reddidit, ut saepius (cf. v. 317 pag. 8 et v. 1279 pag. 16 etc.).

516. λήσομεν CP. λήσομαι P². voluit reponere primam personam propter antecedens λάθοιμι; oblitus autem est futurum esse λήσω, non λήσομαι.

ον
816. Ἰλίου PC. adiectivum, quod restituere voluit φ, deest in Graeco sermone.

978. ἐνδεῶς PC. ἐνδεής C².

1009. ἔχῃ CP². ἔχει PC². etiam hic P lectiones Φ et φ invertisse videtur, non C, quem accurationem esse in indicandis duplicibus lectionibus nusquam non videmus.

ω
1021. σθένει C. σθένει P. hanc emendationem facere non potuit nisi qui mentem poetae omnino non perspexerat.

1056. νηρέως PC. νηρῆος P²C².

1477. παγαῖ C. παγαῖσι PC. φ hic exitum intercidisse putavit atque addidit -σι; sed verum est παγάς; permutatae igitur inter se erant litterae ι et ς.

1533. κλύῃς C² et P ante ras. κλύεις P²C. etiam hic dubium esse potest, uter lectionem φ servaverit P¹ an C². v. 1009, qui similem correctionem habet, C hic lectiones confudisse suadere videtur; sed etiam secus esse potest.

Videmus has emendationes ad unam omnes ineptas esse atque etiam paucas illas, quae verae sunt, excepta fortasse una facillimas fuisse ad emendandum.

6. Convertimur nunc ad nonnullos alios locos diversi generis, qui prioribus apte inseri nequibant:

Accentibus mutatis tentati sunt tres loci:

9. οὔκουν PC. οὐκοῦν P²C².

505. καταισχύνεῖς C. καταισχύνεις P. C hic suo Marte emendasse minus probabile est.

260. ἄρχε PC. ἆρχε P²C². vera ex his emendationibus sola est extrema; duobus prioribus locis Φ verum habuit.

Nonnullis locis salus quaesita est aliter diductis litteris vel coniunctis:

378. ἂν ὦ PC. γρ. ἀνῶ C². verum ἄνω servavit Stobaeus. meram coniecturam vel signum γρ. indicat, quod etiam saepius coniecturis φ appositum inveniemus.

339. ἦσθα πάσης C. ἧς ἁπάσης C². ἧς ἁπάσης P². Φ ita erraverat, ut litteram α male priori verbo annecteret; φ hoc mendum emendavit, sed aliud deterius intulit.

792. δακρυόεν τανύσας PC. δακρυόεντ' ἀνύσας P²C². qui hoc committere potuit, omnino non intellexerat sententiam.

1130. κελευσμοῦ C. δεῖ PC. κέλευσμ'. οὐ δή μ' ἐρωτᾶσθαι θέλω PC². φ sensum prorsus contrarium effecit; verum enim est: οὐδὲν κελευσμοῦ δεῖ μ'. ἐρωτᾶσθαι θέλω.

Tribus locis α doricum et η inter se permutata sunt:

209. ἐξεπόνησεν C. ἐξεπόνασεν PC². hic recte α repositum videtur, duobus aliis locis falso η illatum est:

1065. γεννάσεις PC. γεννήσεις P²C².

1418. μάχας (ης) C. μάχας P.

Similes singularum litterarum permutationes his praeterea locis inveniuntur:

79. ἀδικουμένοις PC. ἠδικημένοις P²C². haec emendatio bona est; neque tamen coniectura eam inveniri potuisse negari potest.

373. μηδὲν ἂν χρείους PC. μηδέν' ἂν χρέους P²C² recte.

1495. δώρατα PC. δόρατα P²C².

1594. ἀνθεσφόρους PC. ἀνθηφόρους P²C². prius verum erat.

1567. κουλεῶν PC. κολεῶν P²C² recte.

1621. ἕνεκ' PC. οὕνεκ' P²C². debebat potius εἵνεκ' emendare.

Restant ei loci, quibus φ plerumque impudenter interpolans pro tradito verbo aliud reposuit:

54. μή PC. ἂν C². haec interpolatio ceteris praestat audacia. corrector mentem poetae non dispexerat, qui dicit periculum fuisse, ne minae vehementes existerent atque mutua caedes, si qui non cepissent virginem, id est: ab iis, quos repudiasset pater virginis. ille voluit: caedes exstitura erat contra

eum, qui cepisset virginem. sed ita etiam optativus λάβοι in coniunctivum mutandus erat.

148. πρὸς ναούς PC. πρὸς ναῦς P^2C^2. hoc recte emendavit φ; illa duo verba saepe inter se permutantur a scribis.

336. ἀποτρέπου CP^2. ἀποστρέφου P. hic etiam P^1 errasse potest et P^2 errorem emendasse. item:

579. πνέων CP^2. πλέων P.

631. ὑποδραμοῦσά σ' PC. ὑποδραμοῦσά γ' P^2C^2. mutatio inepta.

639. ἐγὼ τέκον CP^2. ἐγὼ τέκνον C^2P. etiam hic prius verum est, atque inepta emendatio, tam inepta, ut fortasse melius τέκνον scripturam Φ esse statuamus errore factam, τέκον autem correctam esse a φ.

670. οὔπου C = οὐποῦ P; ἤπου P^2. οὔπου fere semper offensioni est φ.

1019. κἀγώ τ' ἀμείνων PC. τοι superscribit P sine omni ratione.

1243. τοι PC. τι P^2 C^2. falso; item

αν
1309. ὄνομα μὲν C. ὄνομα μὲν PC^2.

1378. συναποβλέπει PC. νῦν ἀποβλέπει P^2 C^2. hoc recte emendatum est, συν — facilis error scripturae erat.

1443 et 1448. δή PC. δαὶ C^2 δὲ P^2. δή sine causa mutavit φ; δὲ autem aut P^2 errore scripsit aut dupliciter coniecerat φ.

7. Ex iis, quos modo percensuimus locis nonnulli fortasse dubitationi obnoxii esse poterant essentne assignandi coniecturae necne. ei, qui nunc finem facient totius seriei, nemini dubium erit, quin ad unum omnes coniectura attentati sint putidisque Byzantinae doctrinae sordibus obruti: sunt enim merae interpolationes integrorum verborum sine omni plerumque necessitate locis sanissimis inculcatae, partim eo consilio, ut ad Byzantinae aetatis normam metricam oratio exigeretur, partim ut mendum fictum aut non recte intellectum infucaretur, partim nulla omnino ratio agnosci potest, sed sola interpolandi libido aut inscientia correctorem videtur movisse.

Ac primum quidem seligimus eas interpolationes, quas ad certam rationem revocare licet:

122. εἰς ἄλλας PC. εἰς τὰς ἄλλας P^2C^2.
149. ἔσται PC. τάδε add. C^2.
150. ἦν νιν PC. γάρ ins. P^2C^2.
597. θνατῶν PC. τῶν add. P^2C^2.

600. γαῖαν PC. τήν add. P^2C^2. in omnibus his apparet correctorem id operam dedisse, ut catalexin tolleret versusque καταληκτικούς (vel paroemiacos) efficeret ἀκαταλήκτους. immerito autem τάδε v. 149 fidem habent editores. nam Euripides eam semper tenuit rationem in systematis anapaestis, ut, si in medio versu orationem abrumperet, integro eam finiret dimetro (cf. Wilawowitz: anal. pag. 196.) atque etiamsi statuimus systemata anapaesta in ineunte Iphigenia Aulidensi ab Euripide minore esse profecta eumque concedimus ita degenerasse a patris arte, ut in unum anapaestum orationem exire iuberet (cf. v. 2 et 3), tamen nullum adest exemplum, quo confirmetur eum pedem medium interrupisse, immo complura, ubi patris consuetudinem ipse quoque secutus est (cf. v. 8, 16, 140, 143).

Sed numerus interpolationum longe maior est:

124. λέκτρ' ἀμπλακών PC. κατά praeposuit C^2. verum λέκτρων ἀπλακών invenit Scaliger. exitus -ων compendio notatus facile interire poterat; hoc modo cum metrum turbatum esset, inculcavit φ praepositionem κατά.

151. ἐξορμάσῃς χαλινούς PC. ἐξορμάσεις τοὺς χαλινούς P^2C^2. τούς insertum est ad metrum sublevandum; sed vitium latet in ἐξορμάσεις, atque verum invenisse videtur Blomfieldus scribens ἐξόρμα σεῖε χαλινούς. habet igitur emendatio ἐξορμάσεις veri aliquid; quod utrum casu factum sit, an fortasse ἐξορμάσῃς error sit a Φ commissus, quem φ ex exemplo emendavit, diiudicari nequit. sed cogitari potest exemplum, ex quo Φ descriptus est, ἐξορμάσεις vel etiam verum ἐξόρμα σεῖε habuisse idque a scribis falso lectum fuisse. locus igitur dignus est, qui respiciatur.

354. ὡς ἄνολβον PC. δ' ins. P^2C^2. offendit φ, quod haec sententia sine particula antecedenti adiungitur. sed asyndeton bene excusatur hoc l co ex tota ratione sententiarum.

604. κλεινὸν PC. τὸ κλεινὸν P²C². locus corruptissimus est, atque additamentum τὸ ineptum.

747. φίλον PC. γ' add. P²C². causa aperta est: nesciebat interpolator vocem quae antecedit θεοῦ in unam syllabam pronuntiandam esse; quare cum numeri turbati ei viderentur, addidit γε, incuriosus ita septenarium effici pro senario.

809. ἐλλάδ' C. Ἑλλάδι γ' C²P. γ' hic insertum est ad hiatum explendum.

824. προσέβης CP². προσέβης ἂν PC². quoniam verum προσῆκες inventum a Nauckio est, non difficilis explicatu est interpolatio. corruptum erat προσῆκες in προσέβης; ita cum metrum non iam constaret, inseruit φ ἄν, nihil curans aptumne esset necne.

909. πρὸς μητέρος C. πρός τε μητέρος PC². etiam hic inculcatum est τε nulla metri ratione habita, nisi forte volebat δεξιᾶς, quod antecedit, bisyllabe pronuntiari, quod ne ipsum quidem fieri debebat.

1112. καθάρσιον χεροῖν PC. ἐκ ins. P²C². corrector dativum χεροῖν pro genetivo accepit, quem ut accuratius definiret, addidit praeter metrum ἐκ.

1118. μέλλειν χὐπὸ PC. γε ins. P²C². falsum ν ex sequenti χ ortum videtur; γε autem prorsus inepte additum est. item

1141. σὺ μέλλεις PC. γε ins. P²C².

1339. θεᾶς παῖδ' ὦ τέκνον C. θεᾶς 'Αχιλλέα τέκνον P. γε post τέκνον add. P²C². quod P. habet 'Αχιλλέα recte Wilamowitzius ita explicaverit, ut P glossa interlineari tamquam lectione φ usus sit omisso primario παῖδ'; γε autem metri causa insertum est. versus ita scribendus erit:

τόν γε τῆς θεᾶς παῖδα, τέκνον, ᾧ σὺ δεῦρ' ἐλήλυθας. etiam hic locus docet P ex C descriptum esse non posse.

1389. χὐπὲρ PC. τε add. P²C² ante χὐπὲρ. est fortasse explicandi causa superscriptum atque ita in contextum illatum.

1410. τά τ' ἀναγκαῖα CP². τὰ δ' ἀναγκαῖα P. verum est τἀναγκαῖα; etiam hae igitur interpolationes ex neglecto in Φ hiatu repetendae sunt. locus aut dupliciter interpolatus est aut P' erravit.

Tres alios locos ita interpolavit φ, ut verba geminaret, quae recte semel stare debebant:

42. τί πονεῖς τί πονεῖς τί νέον περὶ σοὶ βασιλεῦ PC. τί νέον alterum ins. P²C². prius τί πονεῖς iam recte delevit recens corrector c; est enim ex metrica discriptione ortum. τί νέον autem Byzantini interpolatoris est ex analogia duplicati τί πονεῖς etiam τί νέον duplicantis.

1279. οἲ ἐγὼ μῆτερ ταυτὸν ταυτὸ γὰρ P et C ante ras. οἲ ἐγὼ μῆτερ μῆτερ ταυτὸν ταυτὸ γὰρ P². οἲ ἐγὼ μᾶτερ μᾶτερ ταυτὸ γὰρ C². hic locus dupliciter interpolatus est: priorem interpolationem, duplicatum ταυτό(ν), iam habuit Φ, ut agnoscimus ex scripturis P et C. φ melius μᾶτερ duplicari ratus prius ταυτὸν expunxit, alterum autem μᾶτερ adscripsit; atque hanc lectionem recte reddit C², P² autem utramque contaminavit (cf. v. 317 pag. 8).

1333. ἰώ PC. ἰὼ ἰώ P²C². haec geminatio merito facta est.

Videmus pretium harum duplicium lectionum minimum esse omnium et vix ullam inveniri, quae non Byzantinae doctrinae ineptias prae se ferat.

Quoniam ita ad finem pertractavimus hanc fabulam, iam licet summam facere eorum, quae didicimus. ac primum quidem tres loci luculentissime docebant P ex C suspensum non esse; perspicuitatis ergo in unum eos congeramus locum:

109. κατ' εὐφρόνης. κιάν P. κατ' εὐφρόνην C.

1146. ἀνακαλύψω P. ἀνακαλύψω γὰρ CP².

1339. θεᾶς παῖδ' ὦ τέκνον C. θεᾶς 'Αχιλλέα τέκνον P.

Quod ad duplices lectiones attinet, omnes septem, sub quas eas reiecimus classes tam veras quam falsas emendationes habebant. verae autem illae fere omnes fasillimae visae sunt, ut sine difficultate coniectura inveniri possent. idem iudicium etiam in paucas eas cadere, quae paullo speciosiorem prae se ferebant notam, neminem concessurum non esse spero: sunt fere hae:

335. σ' ἐλέγξαι PC. σ' ἐξελέγξαι P²C².

1099. ἀπόντ' ἐκλελοιπότα PC. ἀπόντα κἀκλελοιπότα P²C².

193. Τελαμῶνος ἔκγονον PC. Τελαμῶνός τε γόνον P²C².

74. ἀδικουμένοις PC. ἠδικημένοις P²C².

1401. τὸ δ' ἐλεύθερον PC. οἱ δ' ἐλεύθεροι P^2C^2.

Huc accedit, quod ex nonnullis locis etiam φ ratione et via correxisse agnoscimus, atque coniectura usum eum esse fortasse non crederemus, nisi casu stropha corrupta falso medelam loco adhibitam esse doceret (cf. v. 1069 pag. 4 et v. 563 pag. 9, cum quibus conferatur tota quarta classis). eae me causae commovent, ut in eam inclinem sententiam, ut emendationes φ fere omnes coniecturae deberi opiner.

Anceps est iudicium meum in paucis eis locis, quos supra notavi:

109. κατ' εὐφρόνης. κιάν P. κατ' εὐφρόνην C. (cf. pag. 8).

1138. τί μ' ἠδίκησ. CP. τίν' ἠδίκησαι C^2P^2. (cf. pag. 10).

Dubitanter his addiderim versum

151. ἐξορμάσης PC. ἐξορμάσεις P^2C^2. (cf. pag. 14).

In iis integrum cuique relinquo arbitrium, utrium ex ea, quam animo informavit imagine de correctore φ suo Marte eum emendasse credere velit an exemplo usurpato.

2. Supplices.

Ea, quam Supplices exhibet imago non ita multum dissimilis est Iphigeniae Aulidensi. numerus quidem duplicium lectionum aliquanto minor est, sed consensus ille in manibus, quem iam ab initio superioris fabulae significavimus, etiam hic tantus est, ut non possimus, quin hunc casum, si modo casus est, miremur.

1. Afferimus primum eos locos, quibus codex Φ omissiones expertus erat, quas correxit φ:

13. οὔποτ' C. οὕς ποτ' C^2P recte.

51. χερῶν C. χειρῶν C^2P. recte.

58. ὅσον CP. ὅσσον C^2P^2. recte. μελέα φθιμένων CP. των ins. P^2C^2; recte intellexit φ aliquid intercidisse; neque vero inserendum erat τῶν, sed 'γὼ cum Kirchhoffio.

77. χρῶτα CP. χρῶτα τε C^2P^2; haec particula post exitum -τα facile perire poterat.

99. ἀκούειν δοκῶ (σ above) τι C. προ supplevit C^2, idem habet P. προσδοκῶ τι verum est; videtur igitur interiisse praepositio

προσ- atque solum servatum esse σ, quod superscriptum recte supplevit φ. nam compendium praepositionis aliam habet formam.

121. ὁμοῦ C. ἑρμοῦ C²P. omissa littera ρ facile ὁμοῦ evadere poterat; ἑρμοῦ, quod diserte exigebat sententia, φ sine difficultate emendare potuit.

278. ἄντομ' CP. ἄντομαι C²P². terminatio omissa erat erat ante sequens verbum ἀμφιπίτνουσα.

736. ἃ P. ἂν P²C. hoc verum est; potest etiam ipse P errasse.

813. σφαγέντ' οὐκ C. σφαγέντα τ' οὐκ C²P. merito; omissa igitur erat in Φ particula τε, atque ita evasit ea lectio, quam C praebet.

946. . . . . . τα λύπην C. τί δῆτα λύπην C²P. hoc supplementum ad φ referendum non videtur; immo locus ita explicandus erit, ut C¹ nescio quem errorem commiserit, quem C² ad exemplum emendavit. similes omissiones etiam postea nonnullas, imprimis in P, inveniemus; correctori φ autem tum tantum eas tribuere non dubitabimus, si manuum consensu confirmabuntur, ut in Iphigenia Aul. v. 1369 et 1416 (pag. 7).

955. οὐκ εὔτεκνος CP. οὐκέτ' εὔτεκνος C². οὐκέτακους P². intercidit igitur syllaba -ετ', quod ante εὐ- facile fieri poterat. P² erravit.

1010. ἔνθ' ἐστί CP. ἔνθεν ἐστί C²P². syllabam -εν recte supplevit φ, sed verum est ἔνθ' ἔνεστι, non ἔνθεν ἐστί.

1100. ἀεί C¹P¹. αἰεί C²P².

1171. πᾶσιν CP. θ' add. C²P². pro πᾶσιν recte reposuit Reiskius παισίν; pro θ' autem non minus recte cum Nauckio addi poterat δ'.

Nullam hi loci emendationem habere videntur, quae non ex coniectura profecta sit, excepto versu 946, quem ad φ referendum non esse diximus.

2. Nonnullis locis φ litteras vel voculas falso in orationem illatas eiecit:

53. προυθέμαν CP. προθέμαν C²P². hoc metrum postulabat.

61. χεῖρα CP. χέρα C²P².

69. χειρί CP. χερί C²P².

70. νέκυα CP. νέκυ' $C^2 P^2$. α recte abiecit φ ante sequentem vocalem; sed ne sic quidem locus correctus est; scribendum enim cum Marklando est νέκυν. ἀμφιβαλλεῖν P. ἀμφιβαλεῖν P^2C. hic P ipsum errasse probabile est.

800. ἀπόσατ' bis CP. semel C^2P.

806. αἶ αἶ αἶ CP. unum αἶ recte erasum in C. hoc docebat antistropha ipsa quoque duo αἶ habens; idem cadit in priorem versum 800.

Etiam hic nihil inest, quod altiorem requisierit doctrinam.

3. Transpositiones deprehenduntur hae:

94. οὐχ ἕνα ῥυθμὸν PC. οὐ ῥυθμόν γ' ἕνα radendo et addendo fecit P^2. nesciebat corrector litteram ῥ productionem efficere antecedentis vocalis itaque, cum ei metrum turbatum videretur, ἕνα sub finem reiecit inserto metri causa γ'.

769. ἤθελον ἂν CP. invertit P^2. haec mutatio vera est, invenire autem eam poterat de suo φ.

1149. μοι πάρεστιν CP^2. πάρεστιν μοι P^1. prius verum est, si pro μοι cum Hermanno ἐμοὶ scribimus. P^1, nisi erravit, praebet letionem φ, qui in μοι recte offendens transpositione offensionem tollere conatus est.

In litteris aliter diductis versantur hae mutationes:

755. ὅσοι γε C. ὡς οἵ γε P et C margo; prius verum est.

1029. ὅσος δ' CP. ὁ σὸς δ' $C^2 P^2$. locus perdifficilis est et corruptissimus; neque tamen dubium est, quin quod φ periclitatus est, falsum sit. ὅσιος δ' voluit Hermannus, ὡς ὅδ' Hartungus.

1136. πολυχευμάτων CP. ποῦ νυχευμάτων $C^2 P^2$. verum ποῦ λοχευμάτων invenit Musgravius. ποῦ restituendum esse φ tam ex numerorum ratione intelligere poterat quam ex aequabilitate antecedentis versus ipsius quoque a ποῦ incipientis.

Duobus locus accentus φ mutavit:

50. πολιάν C. πολιᾶν P recte; potest hic C errasse.

375. ἄρα C. ἆρα C^2; quid P habeat, incertum est. verum est ἆρα.

Singularis est causa huius loci:

945. πικραὶ γὰρ ὄφεις κ////αμα τῷ τέλει νεκρῷ C; χᾶμα C^2. καμάτῳ. ἔλεινεκρῷ P (?) χᾶματῷπέλει P^2. Φ videtur igitur

habuisse καὶ ἅμα τῷ τέλει νεκρῷ. φ autem emendasse χάμα et pro τέλει reposuisse πέλει. verum est: πικρὰ γὰρ ὄφις αἷμα κὠτειλαὶ νεκρῶν.

4. Transgredimur nunc ad terminationes a φ mutatas. ac primum quidem afferemus veras emendationes, subiciemus falsas.

34. δυειν (οῖ supra) C. δυοῖν P. δυεῖν fere semper habuit Φ. cf. postea 1157 et saepius.

76. ὄνυχι CP. ὄνυχα C²P².

106. τῶνδε P. τόνδε P² vel p. C. potest etiam ipse P errasse.

200. ἥμην CP. ἦμεν C²P².

486. λόγων CP. λόγοιν C²P².

952. ἄστυ CP. ἄστη C²P².

1157. δυειν (οῖ supra) CP.

1216. Αἰγιαλῶ P¹. Αἰγιαλεῦ P²C. erraverit P ipse.

Falsae sunt haec emendationes:

17. θέλουσαι P. θέλουσι C. videtur igitur Φ θέλουσαι habuisse atque littera α a φ deleta esse haud scio an ideo, quod, sequenti sententia ab εἴργουσι δ' incipiente, verbum finitum requirebat. recte autem Wilamowitzius, postquam iam a Kirchhoffio particula δ' deleta est, reposuit pro θέλουσαι θελουσῶν.

41. σοφοί (οι in rasura) P. σοφαί C. C verum exhibet. videtur voluisse φ οἵτινες σοφοί idque retulisse ad antecedens ἀρσένων, quod ineptum est.

60. σὸν ὃ P¹, periit C¹; σὸν ὂν P²C². verum τὸ σόν restituit Kirchhoffius.

106. του (ττ supra) = τούτων P. τούτων C. τούτου P². voluit igitur non matres occisorum, sed ipsum Adrastrum significari, quod fieri nequit, cum is iam nominatus sit verbis ἀμφὶ τόνδε.

208. αἶθον C, et P in ras. αἶθον' C²P². voluit igitur φ αἴθονα, quod nullum habet sensum; verum αἶθρον restituit Nauckius; intercidit in Φ littera ρ.

322. γοργὸν P. γοργόν' CP². cum γοργὸν verum sit, hic locus docet P ex C suspensum non esse, nisi vero quis statuere mavult P errore verum posuisse.

617. παν //// C, πάντων P¹ et fort. C¹. παντα C².

ων ον

681. ὄχον C. ὄχων P. ὄχων igitur φ emendavit, P autem rem invertit; nam verum est ὄχλον, ut vidit Marklandus.

1015. χάρισιν P. χάριν C. error scribae P facile ita ex-

ις

plicatur, ut in Φ scriptum fuerit χάριν. ις falsa coniectura supraposito a φ, quas duas lectiones contaminavit P.

In his locis nihil inesse, quod non coniecturae debeatur, nemo non videt.

5. Convertimur iam ad eos locos, quibus alia verba reposuit φ pro traditis:

72. ἀχοῦσι C.P marg. ἰαχοῦσι P.C marg. prius verum est, alterum interpolatio.

111. λόγον P. .ο.ον C. γόον P²C². hunc locum ita explicaverim, ut Φ per errorem λόγον habuisse putem, φ autem expunctis litteris λ et γ verum reposuisse γόον. C¹ ante eandem lectionem habuisse videtur ac P¹, ut interstitia docent. γόον in λόγον corrumpi potuisse apparet; verum autem cum sententiae ratio doceret, non ita difficile suo Marte invenire poterat φ. ceterum etiam hic locus, si quis alius, docet P et C ad idem exemplum redire atque aliter nullam omnino admittit explicationem.

153. οὔ που CP. ἦ που C²P²; scholion ἄρα (i. e. ἆρα) adscripsit C². eandem correctionem iam in superiore fabula deprehendimus v. 70 (pag. 13).

δ

182. γ' C. γ' P. γ' verissimum est, alterum interpolatum a φ. P ex C suspensum non esse etiam ex hoc loco intelligi potest.

183. τέρπειν et in contextu et in margine ab interpolatore in loco ignotae iam scripturae C (ut ex silentio collatoris concludo). quid ante fuerit, nescio; sed verbum tam insigniter aptum est, ut vix statui possit glossam esse in orationem illatam, praesertim cum etiam P exhibeat.

217. φρεσὶ C cum signo scholii marginalis, quod omissum est. χερσὶ P. habuerit igitur Φ χερσὶ in margine, quod in orationem intulit P. verum est φρεσίν.

331. πάντα CP. ταῦτα C^2P^2. interpolavit impudenter φ· item

371. φίλιον CP. φίλαν C^2P^2.

451. ὡς CP. ὅς suprascr. C^2. γρ. ὅς P. voluit antecedenti sententiae subiectum creare itaque totam mentem poetae detorsit. subiectum facile cogitatione suppletur. ceterum merito versum eiecit Kirchhoffius. compendium γρ. iam in superiore fabula v. 378 (pag. 12) coniecturae praepositum invenimus (cf. etiam postea v. 596).

553. ὡς C. ὡς P. (ὅς suprascr.) eiusdem generis interpolatio ac prior. etiam hic locus P non ad C redire docet.

593. κλεινὸς ἐν κλεινῷ CP. καινὸς ἐν καινῷ C^1 in marg. prius verissimum est, et audacissime interpolavit φ.

596. λέγει PC. γρ. φέρει C^2, φέρει P^2. hic φ verum invenit; sed λέγει merum mendum scripturae est, quod facile emendari poterat.

613. γὰρ PC. γ' C^2 in ras. C periit. γὰρ verum est; γ' ante consonantem repositum nullum habet sensum. probabile est etiam C habuisse γάρ.

805. ἰώ μοι C. ἰώ μοί μοι P. ἰὼ ἰὼ C^2P^2. hoc docebat antistropha, quae habet ἔχεις ἔχεις. P errore μοι dupliciter scripsit.

840. εἰσορῶ CP. ἱστορῶ C^2P^2. etiam hoc verum est; neque tamen dubito, quin de coniectura invenerit φ. quomodo ἱστορῶ in εἰσορῶ corrumpi potuerit, facile perspicitur. ceterum totus locus corruptissimus est.

1113. ἐπειδὰν PC. γρ. πάλιν C^2. stulte idemque audacter interpolavit φ.

Quattuor igitur hic insunt loci, qui veras habent emendationes; neque tamen quicquam in iis esse, quod non ex coniectura profectum sit, mihi et certissimum est et docet etiam contemplatio eorum, quae falso tentata sunt.

6. Agmen claudent ei loci, quibus additamentis plerumque ineptis et ampliavit et depravavit interpolater orationem:

62. λάιον P. λάινον P^2C. potest P^1 errasse; sed cum probabilissime coniecerit Kirchhoffius δᾶρόν τ' ἀτάφων, veri similius est statuere Φ λάιον habuisse, φ autem interpolatione fecisse λάινον;

nam planius perspicitur, quomodo δάρον in λάιον corrumpi potuerit quam in λάινον. Id si recte statuerimus, P etiam ex C derivatus esse nequit.

79. ὁρῶσι CP. ὁρῶσιν C²P². litteram ν immerito intulit.

228. συνοσοῦντα P. συννοσοῦντα P²C. hic locus v. 62 simillimus est; nam cum verum sit οὐ νοσοῦντα, Φ συνοσοῦντα habuisse apertum est, φ autem alterum ν interpolasse. docet igitur etiam hic locus P non ad C redire.

344. καὶ ὑπερορρωδοῦσ' PC. σὺ ins. P²C². cum verum sit χὐπερορρωδοῦσ', habemus hic exemplum relicti in Φ hiatus, quem explevit interpolatione φ.

371. γὰν δὲ C. γὰν δὲ P, sed, ut videtur, ab alia manu. δὲ verumne sit an interpolatio, in corruptela strophae difficile est diiudicatu.

496. οὔτ' ἂν PC. γ' add. P²C². voluit metrum sanare; sed vitium latet in ἂν et scribendum est cum Marklando οὐ τἄρ'.

782. δὲ παίδων CP. δὲ τῶν παίδων C²P². mera interpolatio.

790. γὰρ ἤλπιζον CP. οὐκ ins. C²P². prius verum esse et metrum et sententia docet.

823. δέμας ἐς (εἰς P) ἀνδρὸς CP. δέμας γ' ἐς τιν' ἀνδρὸς C²P². duplex interpolatio.

840. εἰς τὰ σὰ PC. γ' add. P²C². locus corruptissimus est; εἴασα probabiliter coniecit Elmsleyus.

966. ἐν φθιμένοισι PC. τοῖς ins. P²C².

1008. τάδε κραίνοι PC. δὴ ins. P²C².

1049. δόμον C. δόμων γ' C²P. hoc metri causa insertum est; sed verum δόμων.

1143. πάτερ σὺ μὲν σῶν PC. τῶν ante σῶν ins. P²C². locus multifariam interpolationibus turbatus est; μῶν pro μὲν reposuit Nauckius, cetera restituit Heimsoethius scribens: πάτερ, μῶν σοῦ κλύεις τέκνου γόους;

1146. ἔλθοι δίκα PC. μοι ins. P²C². voluit senarium efficere.

1151. χαλκέοις CP. χαλκέοισιν C²P² prius verum est.

Nullam igitur inesse correctionem in hac fabula, quae non coniecturae debeatur, pro certo affirmare audeo. optime

emendati sunt illi quattuor loci, quos sub 5. attulimus (v. 111, 596, 805, 840); sed ne hos quidem in coniectura positos non esse ex tota ratione, quam in emendando secutus est φ, apertissime effici mihi videtur.

Sex sunt loci, qui P ex C derivatum esse nequire probant:

111. λόγον P. .ο.ον C. γόον $C^2 P^2$.

        δ'
182. γ' C. γ' P.

          ὅς
553. ὡς ͺC. ὡς P.

62. λάιον P. λάινον $P^2 C$.

228. συνοσοῦντα P. συννοσοῦντα $P^2 C$.

3. Jon.

Jon longe aliam praebet imaginem ac eae, quas modo tractavimus fabulae. primum enim consensus ille in manibus, quem antea tam saepe invenimus, multo hic minor est, quippe qui non deprehendatur nisi tribus locis. omnino posterior manus rarius vice fungitur duplices lectiones codicis Φ supplendi, sed satis multis locis iam ipse C eas enotaverat, nonnumquam etiam P, ut saepius is evadat consensus, ut P et C iam a prima manu in duplicibus lectionibus concinant (cuius generis antea paucissimi erant loci). in universum tamen etiam hic C diligentiorem se praestitit pluresque servavit duplices lectiones qnam P.

1. Initium capimus a levioribus aliquot correctionibus, quae in singulis litteris mutatis versantur:

                    ρ λ
23. Ἀγλαυρίσι P. Ἀγλαυρίσι C. sine dubio prius verum est, cum confirmetur tam titulorum testimonis (cf. CIG. 7716. 7718. CIA II 1369. III 372) quam Hesychii (s. v. ἀγραῦλον). Euripides igitur quin ipse ita scripserit, dubitari nequit. solent autem scribae ea reponere, quae sibi planiora videntur quorumque originem intelligere se opinantur. ideo φ emendavit ἀγραυλίσι, adjectivi scilicet ἄγραυλος reminiscens.

226. ἐδύσατε PC. ἐλύσατε $P^2 C^2$. verum est ἐθύσατε; quod quamvis facillimum esset inventu, ineptum coniecit φ.

ο
932. πόλεως P. πόλεως C. falso, item

δ
1019. νυκτιπόλων P. νυκτιπόλων C.

ευ
1268. δισκηθήσεται PC. etiam haec emendatio falsa est. nam forma δισκεῖν satis defenditur substantivo δίσκημα, quod apud tragicos duobus locis invenitur (cf. Soph. frag. 69. Eur. Tro. 1121.) δισκεῖν praeterea apud Homerum (Od. VIII, 188) et Pindarum (Isthm. II, 35) exstat. formae δισκεύειν et δίσκευμα posteriore demum aetate in usum veniebant, ex qua eas hic intulit corrector.

1306. ἔκλειπε P. ἔκλιπε P.²C. prius verum esse metrum docet, et cum P errore verum posuisse probabile non sit, locus aptus est ad demonstrandum P ex C suspensum non esse.

Nonnullae emendationes verae sunt:

59. χαλκοδοντίδαις PC. χαλκωδοντίδαις C².

η
112. νεοθαλές P. νεοθαλές C.

ί
1314. ἕζειν P. ἕζειν C.

Uno loco accentus recte mutatus est:

703. ἐξαπάφων PC. ἐξαπαφών C².

Nihil in his inesse, quod non facile coniectura corrigi potuerit, quilibet concedet.

2. Venimus nunc ad alios locos, quibus terminationes a correctore mutatae sunt:

85. πυρὶ τόδ' PC. πῦρ τόδ' P²C², sed etiam τόδ' in rasura. videtur igitur ad locum corruptum emendandum φ coniecisse πυρὶ τῷδ', quod nullum hic sensum habet. sed hic maxime concentus codicum mirus est, quod uterque primum lectionem φ enotavit, deinde restituit primariam manum. ceterum melius coniecit Badhamus proponens: πῦρ τόδ' <ἀπ'> αἰθέρος.

ε
100. μαντεύεσθαι PC. haec correctio stultissima est; neque enim intellexit φ verbum μαντεύεσθαι pendere ab antecedente τοῖς ἐθέλουσι, cumque imperativum requireret priori φρουρεῖτ' respondentem, eum intulit in μαντεύεσθαι, non perspiciens ea vice fungi sequentem infinitivum ἀποφαίνειν.

236. ταδ'^(ἃς) ἐρώτᾳς^(α) PC. verum est τάσδ' ἐρωτᾷς, et voluit chorus Creusam adventantem designare. corrector mentem poetae prorsus detorsit τάς et imperativum reponens, quasi chorus semet ipsum significet; nam superscriptum ἅς nihil esse nisi coniecturam metri causa factam neque verum ea τάσδ' indicari persuadet mihi et scriptura et sequens ἐρώτα ipsum quoque inepte coniectum.

458. μόλει PC. μόλοι P^2. cum μόλει nihil sit, emendavit φ nonnihil melius μόλοι; sed etiam hoc falsum est. verum μόλε am a Musuro repositum est.

1011. φόνῳ P. φόνῳ^(ου). tertius casus verus est et coniungendus cum verbis νόσους ἀπείργει v. 1013; id non perspexerat φ.

1065. ἐξάψει PC. ἐξάψειν C^2. locus quamquam corruptissimus est, tamen certum est coniecturam φ falsam esse; voluit enim infinitivum, quem reposuit, suspensum reddere ad ἐλπὶς φέρετ'; ἐξάψει autem sine dubio verbum est summae sententiae a ἢ θηκτὸν ξίφος incipientis ideoque iam nescius librorum scripturae restituit Reiskius.

1093. Κύπριδος ἀθεμίτους PC. Κύπριδας ἀθέμιτας C^2. prius verissimum est, alterum iam primo aspectu ineptum esse arguitur.

1290. εὐσεβῆ P. εὐσεβῆ^(εῖς) C. verum εὐσεβής invenit L. Dindorfius.

1411. τοξεύω P τοξεύω^(σαι) C. quid velit, non dispicio.

1538. ταράσσει^(ων) PC. hoc loco φ idem accidit ac recentiorum eis, qui corruptelam subesse rati medelas admoverunt. neque enim intellexit duplicem esse rogationem ex ταράσσει pendentem, et cui desit ab initio particula negativa; accepit igitur verba, quae sunt ὁ θεὸς ἀληθής, ἢ μάτην μαντεύεται pro sententia absoluta, cui cum non apte annecteretur praesens ταράσσει, mutavit in participium.

Huc etiam tres referendi sunt loci, quibus falso φ pro α dorico η reposuit:

472. ὑπερβαλλούσας P. ὑπερβαλλούσας^{ης} C.

679. ἐμά P. ἐμά^{ή} C.

894. ὁμευνέτας^{ης} PC.

Haec omnia falso correcta erant; nonnulli autem ex hoc genere loci veras habent emendationes:

11. προσβόροις πέτραις P. προσβόροις^{ους} πέτραις^{ας} C. falsus dativus ex compendiorum confusione repetendus erit; accusativum, quem haud dubie sententia flagitabat, de suo invenire potuisse φ nemo diffitebitur.

213. ἐκηβόλης CP. ἐκηβόλοισι P se ipsum ex φ corrigens. locus superiori geminus est et docet P ex C suspensum non esse.

383. βίον^{ω} C. βίον P. βίω P^2 eraso priore.

528. ἐμοῦ^{οἱ} C. ἐμοῦ P. genetivus facile evadere poterat ob antecedens κλύειν.

928. ὑπὲρ^{ὁ} PC. error frequens.

1090. δυσκελάδοις ...... ὕμνοισιν PC. δυσκελάδοισιν ...... ὕμνοις C^2. verum strophica ratio docebat (cf. pag. 4).

1105. νόθων παίδων P. νόθων^{ου} παίδων^{ός} C. vitium in compendiorum confusione versatur, verum strophica ratio etiam hic docebat.

1603. εἴη CP. εἴης C^2. εἴσ^{η} P^2, qui φ non bene descripsit. alteram personam restituendam esse ex antecedenti σὺ intelligi poterat; verum autem est non εἴης, sed ἴῃς.

Videmus etiam hos locos nihil eos emendationis terminos egredi, quos iam in superioribus fabulis invenimus, ut non habeamus, cur aliquam correctionem ex coniectura profectam non esse statuamus.

3. Convertimur nunc ad eos locos, quibus litteras vel voces in Φ abhaustas supplevit φ:

139. $\overline{\text{πτς}}$ i. e. πατρός CP. πατέρος C^2 recte, ut stropha docet, quae pro tribrachye iambum habet.

561. φίλον φθέγμ' C. φίλον γε φθέγμ' P. de hoc loco quid statuamus inde suspensum est, utrum C errasse credamus atque omisisse voculam γε, an C lectionem Φ secutum esse, P autem φ. hoc si censeamus, intercidit aliquid et φ coniectura inseruit γε. licet ita nobis aliter conicere et possumus fortasse melius cum Wilamowitzio reponere τό. sed negari nequit etiam C errare potuisse verumque esse γε. nam quod Wilamowitzius dicit ideo falsum esse γε, quod diu laetatus est Xuthus, id vereor, ut cuiquam persuadeat. sane diu laetatus est Xuthus, sed ea quam nunc laetatur laetitia longe alius naturae est, cum nunc primum patris nomine a filio appelletur, qui in prima salutatione dementem se compellarit (v. 518).

677. πενθίμους: στεναγμῶν PC. ἄλλας ins. C^2. ex hoc additamento elicuit Hermannus ἀλαλαγάς, quod quin verum sit, cum Wilamowitzio non dubito. nam et intelligitur, quomodo ἀλαλαγάς in ἄλλας coire potuerit, et ἄλλας per se nullum omnino praebet sensum, ut φ de suo coniecisse non probabile sit. primus igitur hic locus est, quo certo statui potest φ lectionem suam ex exemplo repetivisse.

847. εἰ γάρ γ' PC^2. C id ignorat spatio vacuo relicto. hoc supplementum nullius pretii esse iam ex γ' inepte addito intelligi potest. prima autem duo verba, quae vera sunt, sententiae ratio aperte monstrabat. melius coniecerunt εἰ γάρ σὺ φείσῃ Badhamus, εἰ γάρ σ' ὑφήσεις τῷδ' Kirchhoffius.

1071. ὄμμασι PC. ὀμμάτων ἐν suprascr. C^2. φ verum servasse et sensus et ratio strophica docent. corruptus igitur erat versus ita, ut syllabae -των ἐν intercidérent, deinde dativus irreperet ex analogia sequentis φαενναῖς. etiam hanc emendationem φ de suo invenire potuisse minime crediderim.

1089. Φοίβειος PC. ὁ praefigit C^2, ut videtur. hoc merito suppletum esse ex antistropha apparet.

1423. κέκραπέδωτ' ὄφεσιν C. καικρασπέδωτ' ὄφεσιν P. κεκρασπέδωται δ' ὄφεσιν P^2. unus ex paucis locis, ubi P^2 solus verum servavit. aperte habuit Φ κεκρασπέδωται ὄφεσιν relicto hiatu, cum intercidisset particula δ'. nostrorum codicum scribae suo Marte sustulerunt exitum — αι eicientes itaque vitium auxerunt.

verum restituit φ. etiam hic locus probabile reddit P ex C suspensum non esse.

Duo igitur hic insunt loci, qui coniecturae deberi non videntur.

4. Nonnullis locis φ superiori contrariam ingressus est rationem eam, ut litteras traditas deleret:

212. ὄμβριμον PC. ὄβριμον P²C². littera μ merito expuncta est.

959. πῶς δ' P. πῶς δ'. C. hanc notam probabiliter Wilamowitzius ad φ relatam vult, quod c tam modestis delendi signis non utatur. δ' etiam de coniectura eiecerat Matthiaeus.

1360. σῶσαί θ' ὅτου δ' ἐβούλεθ· οὕνεκ' οὐκ ἔχω λέγειν C. οὕνεκ' omittit P. falso aliquid in orationem illatum est; probabiliter Wilamowitzius λέγειν eiectum vult, ad Alc. v. 51 revocans. (cf. etiam Hel. v. 701).

1501. Πελοπίαν γ' ὁ P. Πελοπίαν γ' ὁ C. γ' merito expunctum est, cum illatum sit ex antecedenti ν, postquam verum δ' intercidit.

Uno loco φ ordinem verborum traditum transposuit:

1064. ὦ νῦν ἐλπὶς φέρετ' ἢ P. ἃ $^{\tau\varepsilon}$ νῦν ἐλπὶς$^{\beta}$ φέρετ'$^{\alpha}$ ἢ$^{\gamma}$ C. voluit corrector consensum restituere cum stropha; neque vero transpositione opus est sed emendatione. quod ad discrepantiam inter ὦ et ἃ attinet, verum videtur servasse P, C autem errasse, modo ne legamus ὦ sed ᾧ; τε autem mera interpolatio est metri et strophae causa facta. pro φέρετ' Badhamus reposuit ἐφαίνετ', ut versus recte ita se habeat: ᾧ νῦν ἐλπὶς ἐφαίνετ', ἢ ... (cf. etiam v. 1065 pag. 26).

5. Transimus iam ad eos locos, quibus φ aliud verbum reposuit pro tradito:

84. φεύγει PC. φλέγει C². haec mera interpolatio est, quae nulla fide digna est. eundem locum non semel attentatum esse iam supra vidimus (v. 85 pag. 25).

152. μὴ παυσαίμαν ἢ παυσαίμαν P. pro ἢ habet C εἰ (ἢ superscr.), quae etiam correctio esse potest ipsius scribae; nam ἢ verum est.

173. ψαλμοί CP. scholion C: ἰαχαί· κατὰ τὸ νευρὶς (leg. νευρὴ) δὲ μέγ' ἴαχεν (Δ 125). servata igitur scholio est duplex lectio ἰαχαί; quae quin falsa sit, dubitari nequit, atque videtur corrupta esse ex vero ψαλμοί. sed tamen ideo digna est, quae respiciatur, quod codice Φ vetustior est; et alio loco solum scholion verum servavit:

300. σηκὸς δ'εὖ στρέφει P. σηκοὺς δ'εὖ στρέφει C. scholion C: ἐνστρέφεται τῷ τοῦ Τροφωνίου σηκῷ; verum igitur est σηκοῖς ἐνστρέφει, Φ autem videtur habuisse σηκοὺς δ'εὖ στρέφει (erraverit P) mendo scripturae perspicuo.

335. $\overset{\delta'}{\tau'}$ ἄλλα C. δὲ τἄλλα P contaminatis duabus lectionibus. requisivit φ particulam δ' eaque inferenda vitium admisit; nam articulus τὰ deesse nequit.

456. μάκαιρα PC. πότνα C² non solita, vetusta tamen manu. hic locus perdifficilis est iudicatu. metricam si spectamus rationem, aptius est πότνα; sed potest coniectura profectum esse, ut aequabilitas restitueretur cum antistropha; nam si modo antistrophicus versus integer est, μάκαιρα verum esse nequit. ideo etiam Elmsleyus et hoc loco voluit πότνα et idem (πότνια) proposuit in Bacchis v. 530, ubi item traditum est μάκαιρα. sed ibi hoc facile eo retineri potest, ut de Hermanni coniectura in antistropha scribamus σκοτίαισι κρυπτὸν εἱρκταῖς pro σκοτίαις κρυπτὸν ἐν εἱρκταῖς. fortasse etiam hoc doco antistropha corrupta est; nam quod eadem manrs, quae πότνα adscripsit, etiam v. 467 (pag. 32) deprehenditur in loco aperte interpolato, quod praeterea, ut in superioribus fabulis, etiam hic nonnumquam audacissimae inveniuntur interpolationes (ut v. 84 φλέγει, postea v. 1294 δαλοῖς), id sane non aptum est ad fidem huic emendationi addendam. sed relinqui debet etiam ea facultas, ut πότνα verum sit, μάκαιρα autem glossa, quae in orationem illata verum retruserit, praesertim cum iam in duos alios locos inciderimus aperte ex coniectura non profectos.

545. τοῦ νέου C. τοῦ λόγου P. quod P habet ineptum est, sed vix error. v. 111 Supplicum (pag. 21) haud ita dissimilis est; ut ibi, etiam hic P lectionem Φ praebere videtur, C φ cum scholio congruentem et fortasse solo eo servatam; nam ad τοῦ

νέου annotat scholiasta τῆς νεότητος. locus dignus est, qui respiciatur, atque etiam probat P ex C suspensum non esse.

577. στεῖχε C. ἦλθε P. prius sine dubio verum est; sed tamen P errasse probabile non videtur. fortasse φ ad στεῖχε adscripsit ἐλθέ, quod falso reddidit P. si res ita se habet, P ex C derivatus esse nequit.

651. θέλω C. ἐλθών P. utrum verum sit, certo dici non potest, cum totus locus non videatur integer esse. sed tamen P errasse multo hic probabilius est, modo memineris similiter eum saepissime inter se permutasse verba, quae sunt βάλλειν et λαβεῖν; ν autem ex sequenti γάρ explicatur.

γ'
999. ἦ τί δ' οὐ P. ἦ τί δ' οὐ C stulte; vitium subest, sed aliud; inserendum enim est post ἦ οὐ, ut Badhamus intellexit.

γρ. δαλοῖς
1294. πτανοῖς P. πτανοῖς C. in πτανοῖς πανοῖς latere agnovit Musgravius. φ suo Marte coniectura reposuit quod ei sententiae ratio flagitare videbatur; atque ex hoc potissimum loco intelligere possumus, quam caute correctionibus eius uti oporteat, ubicumque de vero incerti sumus (ut supra v. 456).

βῶν
1295. λαγῶν PC. hic φ recte emendavit, sed emendatio facilis erat inventu.

γε
1296. τε P. τε C. etiam hoc verum est.

δε
1347. τότε C. τόδε τε P, ut v. 335 (pag. 30), P duas lectiones contaminavit. correctio ipsa inepta est: voluit φ obiectum creare ad ἐνθύμιον τίθησι, non perspiciens orationem interruptam esse et v. 1349 continuari.

Veras igitur in hac classe emendationes habent quinque loci, ex quibus duo certe coniecturae non debentur, cum scholio alter emendatus sit, emendatus videatur alter (v. 300 et 545); tres qui restant sine dubio coniecturas experti sunt (v. 152, nisi C ipse erraverat, 1295, 1296). praeterea autem duo sunt loci, quos non possimus quin in medio relinquamus (v. 456 et 651).

6. Finem faciunt ei versus, quibus oratio interpolationibus ampliata est:

10. παῖδ' Ἐρεχθέως C. παῖδ' ἐξ Ἐρεχθέως P. prius verum

est; ἐξ autem quomodo evaserit, diversum in modum explicari potest. Wilamowitzius voluit Φ παῖδα habuisse, quo correcto δ longum per duarum litterarum spatium productum esset, ut aegre ab ἐξ discerni posset. potest etiam P interpolationem φ immiscuisse, quam recte omisit C.

130. τιμῶν μαντεῖον C. τὴν ins. C^2P. hoc falso inculcatum esse docet stropha; iam sustulit c.

185. θεραπεῖαι: ἀλλὰ καὶ C. θεραπεῖ' ἀλλά γε καὶ C^2P. γε delevit Boeckhius; insertum est, quod eiecta inepte syllaba αι aliquid deesse videbatur.

467. σεμναὶ Φοίβου PC. τοῦ ins. C^2 eadem manu ac v. 456 (pag. 30). quin τοῦ interpolatio sit, dubitari nequit; sed cum ne antistropha quidem sana sit, emendatio perdifficilis est. Heimsoethius periclitatus est: σεμναί τε θεοῦ, et in antistropha κεδνότεκνοι pro κεδνῶν γε τέκνων.

867. ἐδυνάθην C. ἐδυνάσθην C^2P. hanc formam, quae paucissimis locis apud tragicos invenitur, merito ab iis abiudicare videtur Elmsleyus. interpolaverit igitur φ litteram σ.

Videmus hanc fabulam satis multum differe a prioribus. primum enim multo maior est numerus locorum, quibus P et C inter se discrepant:

561. φίλον φθέγμ' C. φίλον γε φθέγμ' P.

545. τοῦ νέου C. τοῦ λόγου P.

577. στεῖχε C. ἦλθε P.

651. θέλω C. ἐλθὼν P. quidquid de eis statuetur, id certum est eos apte explicari non posse, nisi ad proprietates archetypi revocantur. P igitur ex C suspensus esse nequit. idem probant praeterea duo alii loci:

1306. ἔκλειπε P. ἔκλιπε P^2C.

1423. κεκρασπέδωτ' ὄφεσιν C. καικρασπέδωτ' ὄφεσιν P. κεκρασπέδωται δ' ὄφεσιν P^2, quibus solus P verum servavit.

Praeterea duos certe locos invenimus, qui ex coniectura profecti non sunt:

677. πενθίμους: στεναγμῶν PC. ἄλλας ins. C^2 i. e. ἀλαλαγάς.

1071. ὄμμασι PC. ὀμμάτων ἐν C^2.

Anceps est iudicium de uno loco:

456. μάκαιρα PC. πότνα C^2.

Vitae adumbratio.

Otto Aemilius Richardus Schultze natus sum Herzfeldae, pago prope Berolinum sito, pridie Kal. Jun. anno LXXII patre Ferdinando, matre Ida e gente Windelband, quos parentes carissimos etiam nunc superstites esse gaudeo. fidem profiteor evangelicam. primis pueritiae rudimentis Zosseni, quo interea transmigraverant parentes, instructus vere a. LXXXIII Berolinum deductus sum, ubi per ternos annos gymnasium Sophiae reale et gymnasium Sophiae frequentavi rectoribus Hermanno Martus et Theodoro Paul (†). inde per annum gymnasium Freienwaldense adii rectore Hermanno Genz. insequenti anno Berolinum reversus per biennium gymnasium Ascanium frequentavi, quod sub auspiciis est Woldemari Ribbeck. ibi vere a. XCII testimonium maturitatis adeptus in hac universitate ad hoc tempus operam do studiis philologis. doctrina et scholis usus sum virorum spectatissimorum Delbrück, Diels, Dilthey, Ebbinghaus, Froehde, Geiger, Huebner, Kirchhoff, Kuebler, Paulsen, Roediger, Rothstein, E. Schmidt, Scheffer-Boichorst, Spannagel, Steindorff, Thomas, v. Treitschke (†), Vahlen, Wattenbach, Weinhold.

Exercitationibus interfui Vahleni, Rothsteini, Thomasi, Kuebleri philologis, Huebneri et Kirchhoffi epigraphicis, Roedigeri theodiscis. seminari philologi, ad quod benignitas Kirchhoffi et Vahleni aditum mihi patefecit vere a. XCIV, etiam nunc sodalis sum ordinarius.

Omnibus his qui me docuerunt viris doctis gratias ago quam maximas; in primis Adolpho Kirchhoffio et Joanni Vahleno, e quorum doctrina et eruditione quantos post litteras ipsas fructus perceperim, in dies magis agnosco.

Quod ad operam meam attinet, restat, ut Udalrico de Wilamowitz, qui liberalissime et editionem Helenae Herwerdenianam ad me transmisit et duplices lectiones Supplicum e collatione sua ipse mihi excerpsit, etiam hoc loco quas iam per litteras egi gratias iterem.